

22
Videque admodum transgressores appellat.
quod dicunt diuiti sede hic & pauperi. Italic.
Quicumque autem totam legem seruauerit & offendant
in uno factus est omnium reus. Querendum ergo
unde sit omnium reus si in uno offendant quod
totam legem seruauerit. An forte quia plen-
tudo legis caritas est. quae ad proximum quod diligit
in quibus praecipitur caritatis tota lex pendet &
prophetae. Merito fit omnium reus. quod contra
illam facit in qua pendent omnia. Reus itaque
fit omnium faciendo contra eam in qua pendet
omnia. Cur ergo non dicantur paria peccata.
an forte quia magis facit contra caritatem quod
grauius peccat. minus quod leuius. Sic loquimur
& sic facite sic per legem libtatis incipientes
iudicari. Lex libtatis. Lex caritatis est.